MATUTINALE ADMONTENSE (NONNENBREVIER)

Admont, 1180

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856

Copyright: Admont, Benediktinerstift

mulatum. ut in diebus nostris et merito et FERIA IIII.
numero populus tibi seruiens augeatur. Per
Sanctificato hoc ieiunio deus tuorum corda
fidelium miserator illustra. et quibus
deuotionis prestas affectum. prebe suppli
cantibus pium benignus auditum. Per. AD VESPERAS.
Adesto supplicationibus nostris omnipotens deus. et
quibus fiduciam sperande pietatis indul
ges. consuete misericordie tribue be
nignus effectum. Per. FERIA V.
Presta quesumus omnipotens deus. ut dignitas conditio
nis humane per inmoderantiam sauciata.
medicinalis parsimonie studio refor
metur. Per. AD VESPERAS. Esto quesumus domine propi
cius plebi tue. ut que tibi non placent res
puens. tuorum potius repleatur delectationibus
mandatorum. Per. FERIA VI.
Cordibus nostris domine benignus infunde. ut pec
cata nostra castigatione uoluntaria cohi
bentes. temporaliter potius maceremur
quam suppliciis deputemur eternis. Per. AD VESPERAS.
Concede quesumus omnipotens deus. ut qui protectionis
tue gratiam querimus. liberati a malis
omnibus secura tibi mente seruiamus. Per
Proficiat quesumus domine plebs tibi dicata SABBATO.
pie deuotionis affectu. ut sacris actio
nibus erudita. quanto maiestati tue
fit gratior. tanto donis potioribus
augeatur. Per. Dominica in Palmis ad
O MNIPOTENS sempiterne collectas hore.
deus qui humano generi
ad imitandum humilita
tis exemplum saluatorem
nostrum carnem assumere et crucem
subire fecisti. concede propicius. ut et pati
entie ipsius habere documenta. et resurrec
tionis consortia mereamur. Per
Ad VI. et VIIII. in hac die et per totas sequentes
ad easdem HORAS et AD NOCTURNOS.
Concede quesumus omnipotens deus. ut qui per temporalem

filii tui domini nostri ihesu christi passionem ab
eterne dampnationis mereamur pena libe
rari. Per. ALIA. Fac nos quesumus omnipotens deus
ita filii tui domini nostri ihesu christi passionis
esse consortes. ut resurrectionis ipsius
mereamur esse participes. Per eundem. ALIA.
Propiciare nobis omnipotens pater per unigeniti
tui passionem. nec nos sicut meremur af
fligas. sed ad bonum potius tua pietate
conuertas. Qui tecum. ALIA. Passio nos
quesumus domine unigeniti tui a malis omnibus
expediat. quos conscientia proprii reatus
accusat. Per eundem. ALIA. Disrumpe quesumus domine
per unigeniti tui passionem nostrorum uincula
peccatorum. et ne dominentur nobis poten
ti pietate succurre. Qui tecum. ALIA.
Deus quem diligere et amare iusticia est. in
effabilis gratie tue nobis dona multipli
ca. et qui fecisti morte filii tui nos spe
rare que credimus. fac nos eodem resur
gente peruenire quo tendimus. Per eundem. ALIA.
Purifica quesumus domine familiam tuam et ab omni
bus contagiis prauitatis emunda.
ut redempta uasa filii tui passione
non spiritus inmundus rursus inficiat. sed
saluatio sempiterna possideat. Per eundem. ALIA.
Reminiscere miserationum tuarum domine.
et famulos tuos eterna protectione sanctifica.
pro quibus ihesus christus filius tuus per suum cruorem
nobis instituit paschale mysterium. Qui tecum.
Omnipotens sempiterne deus qui christi filii tui ALIA.
beata passione nos reparas. conserua
in nobis opera misericordie tue. ut in huius ce
lebritate mysterii perpetua deuotione
uiuamus. Per eundem. ALIA. Concede credentibus
misericors deus saluum de christi passione re
medium. ut humane fragilitatis et preteri
te culpe laqueis eterno suffragio absoluantur. Per eundem.
Omnipotens sempiterne deus qui uitam humani ALIA.
generis pro nobis filio tuo moriente saluas